



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum IV. Ab Anno 300. ad 400.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)

SÆCULUM III.

si unam noctem se dormisse credentes
apparuerunt, admirantes sacra Chri-
stiana jam publica ubique esse, sed &
ipſi plus aliis omnibus admirationi.



SÆCULUM IV.

AB ANNO 300. AD 400.

§. I. Romani Pontifices.

XXXI. **S**MARCELLUS I. RO-
rexit Ecclesiam annis 5,
à Maxentio compulſ in-
ſtabulo equos curare, ubi laboribus &
inediā consumptus, ac cilicio cooper-
tus obiit A. 309. die 26. Jan:

XXXII. **S**EUSEBIUS Græcus.
Electus A. 309. obiit Confessor A. 311.
ad Pontificatus honores supremos &
excellentissimos nihil illi deesse visum
quam Martyrij corona cui ferendæ
aptissimus & paratissimus erat, nec de-
erat nisi tyrannus. Jam enim tunc *Con-*
stantini Magni majestas & metus fe-
rociam tyrannorum & *Maxentij* præ-
cipue frænare cœperat,

XXXIII.

AB ANNO 300. AD 400. 52

XXXIII. S. MELCHIADES seu
Miltiades Afer Confessor. Electus A.
311. obiit A. 313. die. 10. Decembr.
Fortunatus Pontifex in hoc, quod ipso
sedente post longas persecutions ere-
cta fuerit publicè Romæ statua *Con-*
stantini Magni crucem preferentis ma-
nu, quanquam tunc temporis nondum
Christiani, cum hac Epigraphe; *hoc sa-*
lutari signo, verò fortitudinis indicio civi-
tatem vestram tyrannidis jugo liberavi.

XXXIV. S. SYLVESTER I. Ro-
man: Confess: Elect. an. 314. obiit an.
335. die 31 Dec: *Constantinum Mag-*
nnum baptizavit & à lepra sana-
vit , à quo ipse & Successores ejus
dono acceperunt Romam : Nicenum
Concil: *Constantini Magni* interventu
convocavit & confirmavit adversus
Arrium. Draconem à Romanis pro Deo
habitum & *Æsculapium* dictum pre-
cibus exanimavit. *Euseb: Soz: & Dam:*

XXXV. S. MARCUS Rom: Elect.
an. 336. In Jan. obiit Confessor eodem
an. die 7. Octob: instituit ut Archi-Epi-
scopi PALLIO uterentur ex lana in sig-

C 6 num

num ovium commissarum. Ordinavit ut, in Missa post Evang: cantaretur, CREDO sive Symbolum Nicenum teste Platina.

XXXVI. S. JULIUS I, Rom. Ele&t, an. 336. obiit Conf. an. 352, die 12, April. dictus malleus Arrianorum & constantissimus Pontifex, adversus Constantium Imp: defensor S. Athanasij.

XXXVII, LIBERIUS Rom: Ele&t, an. 352. obiit an. 367. inter Pontifices primus sine titulo Sanctitatis. Initio sui regiminis & in fine laudatissimus Pontifex, ideo à Basilio & Epiphanio beatissimus & ab Ambrosio sancte & beata memoria vir appellatur. Non ita in medio laudes suas continuavit. Cum enim biennium jam ageret in exilio calamitate & metu mortis à Constantio Imp. intentatæ eò adductus est ut subscriberet condemnationi S. Athanasij (quam subscriptionem tamen ipse Athanasius excusat) & cum Arrianis doles agentibus communicaret, retentâ nihilominus fidei Catholicæ professione ita ut hæreticus dici negat. Ob hanc Communicationem Cle-

AB ANNO 300. ad 400. 53

Clerus Romanus *Felicem* Pontificem creavit. Satis enim fuerat Romano Cle-ro hæresis præsumptio ad Pont:Libe-riū abrogandum. Cætera infra in *Felice*.

XXXVIII. S. FELIX II. Roma-nus Electus A. 358. post aliquot men-ses Regiminis Martyrio affectus die 29. Julij. declaravit *Constanti-um* Imper: filium *Constantini* hæreti-cum, ideo ab eodem *Constantio* de Pa-patu dejectus & capite truncatus Mar-tyrio coronatus est. quâ morte glorio-sè obitâ *Liberius* omni cum hæreticis communicatione abruptâ reconcilia-tur Clero Romano & in statum pristi-num restituitur, in quo sanctè ac ho-norifice vixit, & feliciter Pontifica-tum consummavit usq; ad annum 367

Observa quia *Felix* iste vivente adhuc *li-berio* sedet in Pontificatu ideo à quibusdam illum è seriè Pontificum omitti, ab aliis poni, undè in numero non omnes conveniunt, de successione Liberij *Hieron.* *Genebrard.* *Chro-nol.* *Socrat.* de successione autem & legitima sede Felicis Martyrolog. 29. Julij.

XXXIX. S. DAMASUS Lusitanus elect. 367. Conf. obiit an. 384. d. 11. Decemb.

Decemb. in Concilio Constantinopolitano II. (in quo 150. Patres conveniunt) contra *Macedonianos*, hujus Pontificis & *Theodosij* Imp: autoritate convocato, *Adamas fidei & Pater Patrum vocatus*: Auctore est versus illius in fine Psalmorum. *Gloria Patri & Filio, &c.*

XL. SIRICIUS alias Ursinus Roman: elect: an. 385. obiit an. 398. die 27. April: strenuus defensor Ecclesiæ adversus *Manichæos, Jovinianos & Hervidianos*, sed non eodem zelo adversus *Ruffinum Aquileiensem* & Roman: Nobilem Matronam *Melaniam* à quibus dolosè in rebus fidei inductus ut communicatorias literas daret *Ruffino* occultè hæretico: Nimirum ut scribit *Hieron. Epist: 16. ad Princip. ex probitate animi sui nesciens malacogitare de alijs*, ideo ab Universali Ecclesia titulo sancti non honoratur. vulgo dicitur *aliud est esse virum bonum & aliud Civem bonum*. Aliud bonum virum, aliud bonum Pontificem: à Beda in suo Martyrologio privatâ pietate inter SS. Confessores ponitur.

XLI.

XLI. S. ANASTASIUS Roman:
elect: an. 398. obiit Confess: an. 402.
d. 27. April. statuit ut sub Evangelio nō
federent, sed starent Clerici. *S. Hieron:*
in lectione *Anastasum* vocat *virum*
diuissima paupertatis & Apostolica soli-
citudinis.

S. 2. Romani Imperatores.

XL. C ONSTANTINUS CHLO-
RUS & GALERIUS MA-
XIMIANUS, ille *Diocletiano* in Impe-
rio successit in Oriente, & mortuus est
reliquo primogenito *Constantino* filio
Helene an. 306. SYMB: *virtus dum pati-*
tur vincit. Galerius autem imperavit in
Occidente & duos creavit Cæsares,
quos Orienti præfecit *Maximum &*
Severum; hinc subinde confusio fit ab
autoribus inter *Maximinum & Maxi-*
mianum. Interfecto *Severo,* Licinium in
eius locum suffecit: SYMB: MAXI-
MI fuit: *Merces sine adversario virtus.*
SYMB: *Severi:* Semen Ecclesia, sanguis
priorum SYMB: LICINIJ; Pestis Reipu-
blica Litera; in Imperatorem hunc Pa-
tre

tre rustico natum melius quadrasset illud: *hac vox bovis est non hominis.* Et illud: *Ars nō habet inimicū nisi ignorantē.*

XLI. CONSTANTINUS MAGNUS I. Christianorum Portus & refugium Imperij Orientalis conditor & auctor bicipitis Aquilæ. *Maxentij* miraculosè triumphator, Victor etiam *Licinius*: iuna cum filio *Licinio Juniore*. Baptizatus est à *Sylvestro* Papa & simul à Lepra curatus, innumeris rebus præclarè gestis obiit Mortis prænuntio Cometa, non absque Veneni suspicione.

A. 337. Ætat. 65. Imp: SYMB: *Immediabile vulnusense rescindendum est.* Alludens ad fasces Romanorum, id est, virgas securibus implicatas, & Romanis præferri solitas, quo significabatur, si virgæ improbitatem non corrigerent, securi excindendam esse.

XLII. CONSTANTINUS II. CONSTANTIUS & CONSTANS tres filij Constantini M. diviserunt inter se imperium juxta Patris Constantini testamentum, *Constantinus* Primogenitus

tus (cujus portio fuerat Gallia Hispania & Anglia,) cum limites *Constantis* fratri invaderet ab ejus militibus interfectus est. *Constantem* autem A. 350. peremit *Magnentius* Regnandi cupidine; *Magnentium* vicit *Constantinus* qui accepto in Portionem Orientis Imperio *Julianum* Imperatorem nominavit & Arrianis plurimum favit, Christianis autē extrema mala intulit, donec febri correptus exspiravit A. 361. *Symb:* *CONSTANTINI* fuit: *Difficilia qua pulchra.* *CONSTANTINI* 2. *Patiens sit Principis auris.* *CONSTANTIS:* *Crescente superbia decrescit fortuna.* *MAGNENTIJ:* *Pudor Juveni decus, seni dedecus.*

XLIII. JULIANUS Apostata: moturus in Persidem vovit. si victor rediisset se Christianos Dijs immolaturum: *Libanio* autem Ethnico Oratori interroganti Christianorum quempiam *quid modofacit vester Fabri filius?* JESUM intelligens; respondit Christianus: *tumbam mortualem fabricat Imperatori vestro,* & eventus probavit vaticinium; Julianus enim in illo confi-

& tu

Etu occisus exclamavit blasphemus:
vicisti Galilae, vicisti A. 362. SYMB: Pen-
 nis suis ferire grave.

XLIV. JOVINIANUS in Exerci-
 tu Juliani Sacrificare recusans Diis, bal-
 theum militare exuit, Imperator à mi-
 litibus acclamatur, Christianam Re-
 ligionem in integrum restituit, cuius
 SYMB: fuit: *Scopus vita Christus.* Obiit
 A. Ætat. 33. C. 363.

XLV. VALENTINTANUS & VA-
 LENS, ille Occidenti 12. annis, & Va-
 lens Orienti 25. Imperavit, hic aperte
Arrianus vivus ab hostibus comburi-
 tur, postquam verba *Isaaci* Monachi
 mortem prænuntiantis contempset,
 & in carcere detineri jussisset immo-
 landum, si vaticinio eventus non re-
 sponderet, an. 378. SYMB: ejus fuit:
alienus ab ira, alienus à Iustitia. Ille au-
 tem suspectus de hæresi animam agit
 dum legationes Oratorū excipit. A. 375
 SYMB. *Valent: Princeps Servator justus.*

XLVI. FL. GRATIANUS Chri-
 stianissimus Imperator creavit *Theodo-*
sium Imper. Orientis, fidei formulam à
 S. Atha-

AB ANNO 300. AD 400. 59

S. Athanasio petiit, proditus à suis & necatus à Maximo Duce A. 383. SYMB: Non quām diu, sed quām bene.

XLVII. VALENTINIANUS II. tiani frater, petito baptismo à S. Ambroſio, Comitis Arbogasti insidiis trucidatur Lugduni A. 392. Postquam imperāſſet 17. annis: SYMB: Amicus veterrimus optimus.

Theodosius autē solus superstes multis præclarè gestis pro Ecclesia moritur. Mediolani A. 395. SYMB: Eripere telum, nondare irato decet.

XLVIII. HONORIUS & ARCADIUS filij Theodosij: hic Orienti imperat 13. annis, ille Occidenti 28. An. Arcadius obiit A. 408. Instituto filij sui Theodosij II. Curatore Isdegerde, metu Honori sibi propter Ecclesiam male habitam infensi. SYMB: Summa cadunt subito. Honorius autem magnis in Eccl. collatis beneficiis obiit A. 423. SYMB: male partum male differit.

§. 3. Concilia.

S Inueſſanum ob culpam & pœnitentiam

60 SÆCULUM IV.

tiam *Marcellini* Pont. 303. *Elibertinum* de lapsis à fide ad pœnit: admittendis. 305. *Romanum* contra *Donatistas* Schismat. 413. & pro *Anastasio*. *Arelatense* I. *Aneyranum*. *Neo Cæsareense* in quo statutum ut *Presbyteri Matrimonium* ineuntes de officio deponantur. 314. *Laodicenum* pro reformatione morum. *Nicenum* contra *Arium*. &c. *Gangrense* contra *Eustathium*, qui *Matrimonium* damnabat, *esum carnium* &c. *Arelatense*. II. *Sirmiense* Oec: Reprob: ex parte. *Ariminense*, Oec: *Colonense* contra *Euphratem* negantem divinitatem Christi. 346. *Sardicense* Oec: contra *Arianos*. 447. *Carthaginense* I. circa mores Eccles. & *Cœlibatum Clericorum* 348. *Constantinopolitanum* pro divinitate *Spiritus S. contra Macedonium* 381.

§. 4. *Schismata.*

Donatista Schismate Scinduntur à *Ceciliiano* 306. Scindunt Ecclesiam Orientalem *Eustathiani* & *Melitiani* Antiochiæ. 330. Occidentalem

LH-

AB ANNO 300. AD 400.

61

Lucifer Calaritanus 362. *Ursicinus An-*
tipapa contra *Damasum*. Româ cum
suis affeclis pellitur 369.

§. 5. *Propagationes Fidei.*

Magna pars Imperij sub *Constan-*
tino Imperatore. Longobardi
sub *Angelmondo* Rege. Huñi per *The-*
otimum Scytham. Marcomanni per
suam Reginam. Indæ interiores per
Frumentum. Iberi cum *Bacurio* Rege
per *Christianam* ancillam. Nomadæ
per *S. Chrysostomum*.

§. 6. *Persecutiones Fidei.*

Durat Persecut. inchoata sub *Dio-*
clet. & *Maxim.* Ecclesiæ dirutæ,
Sacra Scriptura in foro exulta, Chri-
stiani undiq; ad necem quæfiti, coro-
nantur Ss. *Agnes*, *Lucia*, *Vincentius*,
303. XI. persec. *VALER*: & *MAXIM*: 304.
ab hoc cæsa S. *Catharina* 307. XII. *Con-*
stantij Arriani. 359. XIII. *Iuliani* A-
postatæ 261. XIV. *Valentis* Ariani
maximè in Præfules. 370. Cessat Im-
peratorum in Ecclesiam furor.

§. 7.

S. 7. Sanctitate Clari.

S. Dorothea 304. S. Helena 315. S. Blasius. 316. S. Bachomius 318. S. Nicolaus 325. S. Hilarion 358. SS. Ioannes & Paulus Antili Constantini à Juliano 363. S. Arsenius 380. S. Ursula 381. S. Damasus 384. S. Martinus. 385. S. Monica. 389. S. Paula vid: 386.

S. 8. Hæretici.

DOnatistæ seu Donatiani qui & Montenses. Melletiani. Ariani qui & Eusebiani & Juliani. Coliuthiani. Asterius. Acesius. Circumcelliones. Marcelliani. Audiani. Photiniani. Semi Ariani. Macedoniani. Assirritani. Acaciani. Eustathiani. Aëriani. Eudoxiani. Trogloditæ. Julianus Apostata. Zachæus hæret. Mossaliani. Luciferiani. Hilarius. Hypsistarii. Antihomousiastæ. Eupychiani. Agnoitæ. Rhetoriani. Paterniani. Apollinaristæ. Timotheani. Collyridiani. Seleuciani. Priscillianus cum suis. Procliniæ. Helvidiani. Jovianistæ. Bonofiani. Parmenianistæ. Sabbatiani. Joannes Hierosolymitanus. Rogatistæ. Campates. Campenses. Felicianus. Agapetæ. Discalceati

S. 9. Initia Religios. Ordin.

ANtonius Magnus Armeniæ, Scythiæ, Nitriæ, utriusq; Thebaidis & Ægypti Monasteriorum Pater Ann. circ. 328. Eodem tempore Hilarion in Palæ-

AB ANNO 330. AD 400.

63

Palæstina cœnobia fundat. *Basil. Magnus* in Græcia non multò post. Ordo militaris S. Lazari cœptus tempore *Basilij teste Pio IV.* in Bulla instauracionis.

§. 10. Initia Regn. & Princ.

Imperij fines ab ortu ad Indos usque propagati, à meridie ad *Æthiopes*, ab Aquilone ad *Sarmatas*, ab occasu ad Oceanum Britannicum, ut via Evangelio sub regno *Constantini* diffemnando sterneretur. Sedes nova Imperij *Byzantium* exstruitur 330. *Gothi* ab Huinnis gente Scythica pulsi.

§. 12. Instit. Sacror. Rituum.

VExilla notata signo crucis à *Constantino* & deinceps.* Ratio supputandi tempora per Indictiones.* Panes benedicti.* Hymnus Glorificationis.* Limites in Diœcesibus constituti in Nicæna Synodo.* Congregations ad sepelienda corpora defunctorum.* Pallium Episcopale.* Alleluja cantari cœptum in Eccles. & post Psalm. GLORIA PATRI & FILIO &c.* Interititia à *Siricio* inducta.

§ 13.

§ 13. Nova reperta & Na-
tales Vrbium.

A Brogato computo per Olympiades inductæ sūt indictiones. 313* Aureus numerusexcogitatur. 335* Byzantium à *Severo* excisum, à Constantino instauratur, & nova Roma *Constantinopolis* dicitur. 320* *Vismaria* ad mare Balthicum conditur.

§. 14. Scriptores Sacri.

Eusebius Caesareensis. E. S. D. Athanasius E. D. Hilarius. E. D. Ephrem D. Optatus. E. D. Basilius E. D. Gregor. Naz. & Nyssen: E. Theoph. Alexandrin. E. D. Cyrus Hierosol. E. Prudentius. D. Epiphanius. E. D. Ambrosius E. D. Chrysost. E. D. Hieron, Ruffinus. S. Palladius. S.

§. 14. Naturalium Disci-
cipularum periti.

Med. Oribasius. *Math.* Sext. Anienus Ruffus. Abifeldem Syrus. Julius Maternus. *Philos.* Maximus Ephesius. Themisthus Marinus. Syrianus. Olympiodorus? H. Capitolinus. Lampridius. Vopiscus. Trebellius. Spartanus. Aurelius Victor. R. Libanius

AB ANNO 300. ad 400. 65
banius Nazarius. Philot. Terentianus Mau-
rus. Prohæresius. Ælius Donatus. P. Ruf-
fus. Proba Falconia. Juvencus.

§. 15. Strategi & Prælia.

Aurelius postea Martyr sub Juliano;
Gallicanus insignis Dux & Consul,
postea Martyr sub Juliano. Iovinus Ma-
gister Equitum sub Valent. I. Ardabu-
rius. Asperberus Persa, mox Christianus.

§. 16. Univ: & Schola publ.

Beryensis Academia per Diocletia-
num & Maximianum, anterius
quoque scholis juris clara, ex Gregor.
Thauma: in *Peneg.* *Orient:* * Scholæ
Romanæ Professoribus, & salarijs à
Theodosio exornatæ.

§. 17. Res Memorabiles.

I. **C**onstantinus M. Imperator con-
tra Maxentium Tyrannum pug-
naturus vidit in cœlo, post meridiem,
coruscantem Crucem hisce inscrip-
tam: *In hoc signo vinces.* Ergò La-
barum, scuta & galeas cruce insignit, ac
contra 100000. hostium vix viginti
educens milium millia nemine ex-

D

Cæsa-

Cæsariano exercitu læso hostem de-
let; & tyrannus fracto ponte in Ty-
berim cùm suis plerisque mergitur, A.
312.* Lege ideo cavet, ne quis impo-
sterum crucis afficiatur supplicio.*
Imago Christi aurea in senatu erecta.
312.* Crux inventa S. Helenæ studio
327.* Gentiles dici cœperunt Pa-
gani. *Constantinus* siquidem Impera-
tor ducturus in tyrannum bellum
prius omnes milites jussit baptizari, ex
quibus qui mandato Cæsareo parere
noluerunt, militiâ soluti ad Pagos &
ad rusticitatem redacti sunt, unde Pa-
gani dicti.* *Fabiola* prima Romæ No-
socomium statuit & inservit.

§. 18. Signa & event. Trag.

LUna Sanguinefcere visa 302.*
Neo.Cæsareaterræ horribili motu
eversa 343.* Nicomediæ dirus terræ
motus & incendium per 50.dies. 358.*
Per universum propè orbem terræ mo-
tus 369.* Templum Delphicum ful-
minibus deletum, nefariis inibi sacris
operante *Iuliano*, & invisibili manu
cruces vestibus præsentium omnium
in spez.

AB ANNO 300 AD 400. 67

insperguntur, ignis è cælo exilit, terra jacta ab imo fundamenta excutit. *

Gallerij Maximiani horrenda mors
311. * Crispus & Fausta pereunt, ille filius Constantini à Fausta Noverca si-
etis criminationibus implicitus, præ-
coce Sententiâ à Patre damnatur ad
mortem, fraude autem compertâ ipsa
quoque Fausta ardentibalneo perimi-
tur. * Fames immanis sub Valente.

367. * Grando tantæ magnitudinis
Constantinopoli decidit ut homines
plurimos perimeret. * Apud Atreba-
tas lana pluviæ mixta defluxit 371. *



SÆCULUM V.

AB ANNO 400: AD 500.

S. I. Romani Pontifices.

XLII. **S.** INNOCENTIUS I. Al-
banensis Elect: A. 402. o-
biit Confess. A. 417. die. 28

Julij. Excommunicavit Arcadium Imp:
& Eudoxiam, qnōd S. Chrysostomum ex-

D 2 pule-

de-
Ty-
A.
oo-
. *
ta.
dio
Pa-
ra-
um
ex
ere
&
Pa-
O-
g.
*
tu
ræ
*
o-
il-
ris
nu
m
eez